

Universitätsbibliothek Paderborn

**Dn. Conradi Clingii Theologi Et Ecclesiastae Celeberrimi
(dum vixit) apud Erphordiam Turingiæ, Catechismvs
Catholicus, summam Christianæ institutionis IIII. libris
succinctim complectens**

Klinge, Konrad

Coloniae, 1570

VD16 K 1309

2. Quàm graue peccatum sit coram Deo, scandalizare proximum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29452

et alius temerè frangit vota religionis, alias nubat contra leges, &c. atq; sic lēditur conscientia proximi in huiusmodi factis & operibus. Tale quoque scandalum committitur verbis contumeliosis, maledictionibus, item vestimentis luxuriosis, cantilenis turpibus, & ceteris similibus mundanis operibus, quibus simpliciores Christiani seducuntur.

Secundo, quām graue sit peccatum, scandalizare proximū in fide aut facto aliquo, Christus primō exprimit, Matt. 18. dicēs: vā mundo à scandalis, necesse estenim venire scandala, s. vbi non est timor Dei, nec obedientia superiorū, i. quandō non timent introducere nouos errores, vel contemnunt superioritatē à Deo institutā, Rom. 13. necesse sequitur illos facere & excitare scandalum: sed vē homini per quem scandalum venit: melius esset illi, vt ei appenderetur mola scandalum, cur ergo Deus permittit? Respond. i. Cor. 11. vt hi qui probati sunt inter Christianos, manus fessi fiant: ideo Deus permittit fieri varia scandala, sed tamen vē illis qui ea committunt. Insuper differt, scandalum præbere, & accipere: Scandalū præbet, qui sua protervia, aut falsa doctrina, aut flagitio, si facto offendit conscientiam proximi: sed accipere scandalum, aliud est. Iudæi enim, dum Christus prædicatur crucifixus, hoc pro scandalō habent, genitor autem pro stultitia, i. Corint. 1. Sic si mali aut adversarij scandalum accipiunt de veritate dogmatum Ecclesiæ, siue de cæremonijs & ritibus atq; alijs, relinquendi sunt, & permitiendi in suo scandalō: veritas Ecclesiæ illis non præbet scandalum, quare nec propter ipsos veritas est relinqua: vincit enim veritas &c. Et quoniā scandalum graue est peccatū, iubet Christus Matth. 18. vt nullius amici respectu quis consentiat in scandalū: ob id inquit: Si oculus tuus, pater, mater, soror, &c. et. quam diligis sicut oculum

AA 2 tuum.

tuum, aut si manus tua vel pes te scandalizant, i. pro. pinquiores amici, & alij fautores, projice abs te: me. lius est enim tibi, in cœlum ingredi &c. sine huiusmo- di amicis quām in gehennam projici & cæt.

3. Tertiò, quoniam scandalum est graue peccatum ideo etiam horribiliter punietur, & communiter obdurat hoc peccatum eos, quod vix permitit illos Deus ad poenitentiam redire, sicut Ezechiel, tertio dicitur de pastore negligente oves, aut scandalizant illas falsa doctrina, scilicet quod omnium sanguinem è manu sua requisitus esset D E V S. Sic cum Gerson parte 2. in sermone de poenitentia Berengarij, qui dixerat in die Epiphaniæ: Hodiè apparebit mihi Dominus ad salutem, quod doleo errorem mei quem seminavi: vel veniet mihi hodiè Christus ad dicium & damnationē propter illos, quos falsa mea doctrina & persuasionē errare feci & scandalizavi, nec iā illos reuocare possum, qui in tali errore obie- runt &cæt. Ipsius autem error erat idem, qualis Va- clefi de Sacramento Eucharistiæ, sed postea reuocauit illum. Unde patet, quām periculōsum sit ne præ- dicando scandalizemus aut errare faciamus animas simpliciorum: nam omnium ouium istarum sanguinem Dominus de manibus falsorum prædicatorum requiret æternaliter. Ideo iubet Apostolus Tim- theo, ut sanam doctrinam doceat, 2. Timot. 2. Et quia hoc tam graue est peccatum, raro compertum est, resiarchas fuisse conuersos, sed obstinatos in errore suo fuisse mortuos aut combustos: miserè enim perierunt haeretici, Arrius, Julianus apostata, Nouatus, Donatus, &cæt. quoniam difficillimè conuertitur, ideo scriptura iubet eos vitari, quia subuersi sunt, ac Tit. tertio, & dari in reprobum sensum, Roman. 13. sermo illorum ad impietatem proficit, & vt cance- morbus serpit, 2. Tim. 2.

CAPV